1182 Boemiam reddidit, illum vero Moravia contentum esse
Grundschrift precepit.[1] ||

Folgt von Brieff. verdirbt P. April 26 Eodem anno Stragoviensis ecclesia secundarie dedicata est videlicet IIº kal. Maii a predicto Alberto, venerabili Salcebürgensis ecclesię archiepiscopo, et hac de causa, quia maius altare nostum et chorus fuerat sublevatus. Presentes erant canonici Pragensis ecclesię fere omnes et abbates multi, quorum unus et precipuus, licet suo iudicio humillimus, abbas Godsalcus, tantam sollempnitatem sermone suo adornans inter alia, que locutus est, hoc quoque dixit: Assum, inquit, o fratres karissimi, en alteri dedicationi vestre, qui primę quoque interfui, et videor michi videre statum domus huius valde diversum ab eo, qui tunc erat. Tunc enim rebus pauper et meritis fuit dives, modo versa vice rebus crevit et disciplina deperiit, atque in hunc modum reprehenda (den) reprehendens et ad honesta provocans monita salutis porrigebat eis. Porro memoratus A(dalbertus) Salcburgensis archiepiscopus tempore schismatis, sicut supra diximus, faciente imperatore episcopatum suum perdiderat et contentus prepositura Melnicense[3] in Boemia manebat[2] factitans ordines clericorum necnon

1) Mähren wurde dabei selbständiges Markgrafschaft des Reiches, doch wurde diese Stiftung nicht lange beibehalten (1. Juni V. 1792) Dachmann I, 365f.

2) Entspricht nicht der Wahrheit, da Adalbert trotz seines Verzichts sich meist in seiner Diözese aufhielt und um die Wiederangelegenheiten seiner Diözese bemüht war. Zu seinen Gepflogenheiten vgl. Friedrich, Cod. dipl. Bohe. I, Register; Reichs II u. III, Register

3) Melnik am Zusammenfluß von Elbe und Moldau.

V Meiller, Reg. d. Erzb. v. Salzburg